



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae  
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris  
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

SS. Terentij, Aphricani & sociorum martyru[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

MARTYRIVM SS. TERENTII, APHRI-  
cani, & sociorum. ex Metaphraſte. Horum reliqui-  
as ſcribit Theodorus Lector traſſatas eſſe Conſtanti-  
nopolim X Kal Oſob Theodoſio Minore imperante.

**D**ecius Romanorum Imperator idolorū ſtu-  
dio cupiens omnes in ſempiterni exitij ba-  
rathrum pertrahere nouo in vniuerſis ſuo  
imperio ſubiectis prouincijs, edicto propoſuit, vt  
omnes Chriſtianae diſciplinæ ſtudioſi vltimo ſup-  
plicio plecteretur. Erat in Aphrica præfectus For-  
tunatianus homo execrabili in Chriſtianum nomē  
odio incēſus, qui ſtatim pro tribunali verba ad po-  
pulum faciens horrendas minas in eos iactauit, qui  
deorum cultu repudiato, Chriſto adherere perge-  
rent: adeo vt multi ſuppliciorū atrocitate per mi-  
nas propoſita exterriti per ſummum ſcelus à Chri-  
ſti religione deſicerēt, atque ad dæmonum cultum  
vana præſentis vitæ dulcedine irretiti, accederent.  
Hæc res cum alios non paucos vehementer afflige-  
ret, tum verò viros quadraginta pietate præ cæteris  
inſignes tam acri dolore aſſecit, vt mutuis ſe coh-  
ortationibus ad certamen contra tyrannum ſuſcipi-  
endum, & mortem pro Chriſti gloria fortiter op-  
petendam inflammarent. Quid enim (dicebant) ho-  
minem mortalem timeamus, qui corpus quidem  
varijs ſupplicijs excarnificare ac morti tradere po-  
teſt, animam verò quæ in his ſupplicijs etiam exul-  
tat, ne quidem attingere. Agite igitur cõmiliones  
& tyranni rabiem non pertimeſcamus, ſed rerum  
omnium Dominum, qui ſimul cum corpore animã  
ſempiternis poteſt deputare ſupplicijs, timeamus  
& ea, qua par eſt, reuerentia ac honore proſequa-  
mur.

10. Aprilis.  
Decius Im-  
perator.

Multi deſi-  
ciunt à Chri-  
ſto.

Quadragin-  
ta Chriſtia-  
ni valde in-  
ſignes.

Quadragesima martyres  
sistatur Praefecto.

Terentius respondet Praefecto.

Martyres trahuntur ad fanum Herculis.

Traduntur in carcerem.

Dirè flagellatur Terentij socij.

Horum pietas cum tanta virtute coniuncta cum ad aures Fortunatiani permanisset, statim eos in conspectui offerri iussit: qui inrepedi vultum illius irati iudicis subeuntes Christi virtutem constanter praedicarunt. Fortunatianus autem, quando quidem, inquit, video vos viros aetate & rara quadam sapientia praestantes mirari satis nequeo, quod hominem à Iudæis tanquam maleficum in crucem actum tanta superstitione colatis, & in pestem spectetè ruatis? Ad hæc Terentius: Tu si Crucifixi illius virtutem probè perspectam haberes, non dubitares quin protinus relictis idolorum erroribus, illum pari nobiscum pietate ac veneratione exciperes, bensque pro illius gloria mortem etiam oppeteres. Praefectus his verbis insigni se contumelia affectus ratus dixit: Immolate, vel certè mēbra vestra horrendis concisa supplicijs Vulcano deuoranda tradam. Quid, inquit Terentius, tu nos existimas tuis superari posse? Nos strenui & constantes Christi cultores, neque minas neque suppliciorum atrocitatem quicquam pertimescimus.

Tyrannus hac tanta contumelia irritatus, in eos, detractis vestibus, in idolorum templum traxit, & Herculi auro & argento mirificè cultum sacrificare. At Terentius cum stoliditatem Praefecti agnosceret, deosque inanes ac nulla virtute praeditos diceret, fuit continuo cum alijs, compedibusque clausus carceribus mancipatus. Beatus autem Zenobius Alexander & Theodorus cum reliquis inuicta virtute numero sex & triginta athleticis, neruis & armis virgis caesi, diu multumque pro Christi gloria certarunt, tanta constantia ac fortitudine, ut essent in terram visceribus lati nihilominus ac alacriter confessione persisterent, & omnes qui spectabant

intererant tamen. le & ac tyres c sent, tu ad ca aduoca plicior ira mag lacerari ti, sangu fluere nimoso mati co unum in front sacrific Cumqu tarus eo contum etum: C ipforun multo p corruit. rore rep cio affic perfusi, tim ceru His ta rentius, tamen v uam visi rannum bitauerit

intererant penè in stuporem pertraherent. Neque tamen rabies & furor tyranni quieuit, sed iussit sale & aceto terga eorum perfricata aduri. At martyres cum alto prius silentio immobiles persistissent, tunc oculis manibusque cum insigni pietate ad caelum sublatis, Deum in opem atque auxilium aduocarunt, & multiplicatis precibus tantorū suppliciorum acerbiter superarunt. Praefectus verò ira magis magisque sauiens, iussit eos suspensos dilacerari. Et quidem cum in hoc supplicio constituti, sanguinis riuū vbertim ex eorum corporibus defluerent, non tamen cruciatuum atrocitate victi animos demiserunt: sed noua potius virtute confirmati contra vim & potentiam scelerati tyranni, diuinum auxilium implorarunt, & Christi se Cruce in frontibus signantes flatu oris sui idola (quae ut ijs sacrificarent, allata erant) in pulverem redegerunt. Cumque Praefectus antea nimio mentis furore agitarus eorum poenis intoleranda quadam verborum contumelia insultasset, tunc illi vicissim ad Praefectum: Cernis, inquit, deos tuos? Vbi est robur ipsorum? Potueruntne sibi ipsis opitulari? Nec multò post templum ipsum horrendo cum fragore corruit. Tùm verò tyrannus pudore pariter ac furore repletus, iussit omnes celeriter capitis supplicio affici: quod illi incredibili gaudio & laetitia perfusi, flexis in terram genibus, oblatisque certatim ceruicibus exceperunt.

Histam foelici agone consummatis rursùm Terentius, Aphricanus, Maximus, & Pompeius in certamen vocati sunt: qui ex vinculis & carcere nouam visi sunt adferre virtutem: adeò vt ipsum tyrannum ad supplicia inferenda prouocare non dubitauerint. Nos, dicebant, neque deos tuos colimus & tor-

Aduruntur.

Inuocāt Deum in supplicijs.

Dilacerātur immaniter.

Idola in puluerem redegerunt.

Insultant Praefecto.

Decollātur martyres.

Terentius cum alijs adducitur in certamen.

Martyrum  
fortitudo  
admiranda.

& tormenta tua negligimus. Proinde adhibe  
ciatus, nos Christi benignitate & gratia nixi victo  
riam obtinebimus. His auditis, iussit eos graviss  
mo catenarum pondere onustos in custodiam  
duci, & corpora eorum ferreis subiecta tribulis  
re configi, ac cibo potuque destitutos fame nec  
Verum cum iam nullum eis solatium relictum  
videbatur, subito, noctis medio, lux inges resu  
adfuitque Dei Angelus, qui humi stratos terigit,  
tenasque dissolvit, & mensam optimè in structa  
apposuit, dixitque vt cibo illo quem Christus  
ferat exhausta ieiunio membra reficeret. Sancti  
tem ingenti letitia perfusi, collaudato Christo, con  
ederunt: cuiusmodi verò splendore perspecto stu  
facti rem totam prefecto nunciarunt. Qui audi  
mirabilibus in furorem rabiemque conuersus  
stridiè vngulis eos lacerari iussit, sed cum illi,  
Christi nomine constanter inuocato, vngulas  
temnerent, rursus carcere inclusit, & immanes  
ras, aspides & vyperas adduxit, vt earum laniatio  
deliter interirerit. Sed ferarum pedibus Sanctorum  
strata, summa cum mansuetudine honorem  
ferre visè sunt, Angelus enim Domini feris ob  
bat, & vim omnem à Sanctis propulsabat. Quo  
dito Prefectus magis exandescens suis mandatis  
vt incantationibus feras aduocarent, sopitaque  
rum rabie, iterum abducerent. Sed factum est,  
perito ostio, impetu quodam eruerent, & ob  
quosque occiderent, ac gradem in populo strage  
ederent. Tum Prefectus incredibili furore con  
tus capitis eos damnauit. Nec mora. Sancti  
hymnis & canticis ad certaminis locum propo  
tes, ceruices suas gladijs subiecerunt, & glori  
morte de mortis sempiternæ & hostis imperio  
um

In carcere  
ab Angelo  
confirman  
zar.

Vngulis la  
cerantur.

Nihil lædun  
tur à feris &  
serpentibus

restantur  
aspice.

ampha  
ne & p  
libus i

VIT

Ant  
Mig  
lesim

G

chaeler  
dem ne  
doris &  
filij acc  
state q

Antioch  
huius M  
sanguin  
illi non  
endum

grandæ  
instaur  
fefellit.

beraliu  
tam abu  
liberale

consecu  
tie pigr  
marutin

Cum  
est se co  
animo c  
eterna a

um

ampharunt. Corpora eorum fuere à viris religio-  
ne & pietate eximijs, duobus ab vrbe passuum mil-  
libus sepulta.

VITA S. MACARII PATRIARCHAE

*Antiochem. ex ea qua est apud Surium optima fide.*

*Migrauit è vita anno Domini duodecimo supra mil-  
lesimum.*

**G**emma regalis, Armeniae decus, parètum glo-  
ria beatus puer Macarius, nobilissimo apud  
Armenos stémate ortus, patrem habuit Mi-  
chaelem, matrem verò Mariam, antiquissima qui-  
dem nobilitate insignes, sed quibus nò minus splen-  
doris & ornamèti ab optimis moribus nati ex ipsi-  
filij accesserit. Editus autem est in lucem ea tempe-  
state qua Macarius maior magnæ sanctitatis vir,  
Antiochenam administrabat cathedram; qui cum  
huius Macarij, de quo nobis sermo texitur, esset cõ-  
sanguineus, eum de sacro fonte suscepit, suumque  
illi nomen imponens, filij loco eum apud se nutri-  
endum atque instituendum retinuit, vt ipse tunc  
grandæuus senioque fractus in hoc aliqua ratione  
instaurari atque renouari posset. Neque eum spes  
fefellit. Traditus quippè Macarius puer artium li-  
beralium studijs, suo profectu, voto antistitis sui  
tam abundè respondit, vt facile disciplinas omnes  
liberales, quibus Græcia Armeniaque pollebant, Progressus  
in literis.  
consecutus sit. Erat enim mentè vigili, atque segni-  
tie pigritiaque prorsus profligata horas præcipuè  
matutinas accuratè collocabat.

Cumque iam adoleuisset, solito studiosius visus  
est se componere ad imitationem beati Antistitis,  
animo caelestia meditari, mundi illecebras fugere,  
æterna appetere, studiumque omne quod antea in  
literis

10. Aprilis.  
Patria S. Ma-  
carij & pa-  
rentes.

Progressus  
in literis.